



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu**

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Heraclidi Episcopo. 241.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

minimè parit, voluptas sanè appelleretur. Si autem & dedecoris, & inexpressibilium bel-  
lorum & periculorum, & mortium, & re-  
prehensionum, ac sexcentorum aliorum  
malorum radix est, haud scio an hanc vo-  
luptatem nominare oporteat, quæ tot do-  
lorum & acerbiorum causa est, atque à ra-  
mis suis opprimitur ac deletur. Nam quòd  
nec ante venerem congressum, nec in  
ipso congressu, nec post eum appareat, mis-  
sum faciat, non ut infirmum aliquid &  
imbecille, sed quòd libidinosorum & in-  
temperantium hominum fœcordiam at-  
que ignaviam minimè vellicet. Nam si  
quis rem accuratè perpendere velit, nec  
ante congressum, nec in eo, nec post eum  
apparere: verum ante eum perspicua est ra-  
bies: in eo autem haud dubius furor, atque  
eiufmodi agitatio, quæ nullo fræno coër-  
ceri queat: post eum autem, furoris potius  
levatio, quàm voluptatis fructus. Nam qui  
libidinem explevit, idem voluptatem etiã  
extinxit. Qui autem in ea est, in oblecta-  
mento non est, verum in agitatione, &  
cæstro ac perturbatione. Quocirca si hæc  
ita se habent (habent autem, ut quidem  
mihi persuadeo) atque tum facilius, tum  
iucundior, naturæque congruentior, citra  
vllam dubitationem esse virtus demon-  
strata est, compressis manibus, lætiorque at-  
que alacri animo eam complectamur, que  
sui amantes & in hac, & in altera vita in-  
signes atque conspicuos reddit.

Heraclidi Episcopo. 241.

Apud Christianos solos, qui quidem ve-  
rè hoc cognomèto digni sunt (neque enim  
quisquam à vulgi stoliditate atque impro-  
bitate religionem æstimer) connectuntur  
ea, quæ plurimùm inter se disjuncta sunt.  
Animi autem magnitudo ab omni arro-  
gantia & contumacia libera, atque in se-  
datis & compositis moribus solertiam re-  
tinens mansuetudine temperatur. Etenim  
superbiæ nihil secum ferens, verum leni-  
tate ac morum facilitate condita (quod  
dictu mirum est) humilis & abiecti animi

νατοι καὶ κινδύων ἀποτίθειται, καὶ  
λείδω ἡδονῆ· εἰ δὲ καὶ ἀσχημῆς, καὶ  
πολέμων ἀκροῦκτων, καὶ κινδύων, καὶ  
θανάτων, καὶ κεντηρεῖων, καὶ ἄλλων  
μυρίων κινδύων ἔστι ῥίζα. ὅσα οἶδα εἰ  
ἤδη ταῦτα κελεύεται ἡδονῆ, τὴν  
ποσούτων ἀλγυνῶν αἰτίαν, καὶ ὑπο-  
τῆς κλάδων ἀφανίζουμένην. τὸ γὰρ  
μὴ εἶ φαίνεσθαι αὐτῶν, μὴτε πρὸς τῆς  
μίσσεως, μὴτε ἐν αὐτῇ, μὴτε μετὰ ταύ-  
την, παρήσω, ἕχ ὡς ἀδρανῆς, ἀλλ'  
ὡς τῆς τῆς ἀκατάστατον μὴ καθαπτό-  
μενον ῥαθυμίας· εἰ γάρ τις ἀκρίβως βα-  
σανίζεν ἐθέλοι, ἕτε πρὸς τῆς μίσσεως,  
ἕτε ἐν αὐτῇ, ἕτε μετὰ ταύτην φαί-  
νεται. ἀλλὰ πρὸς μὲν αὐτῆς, λύθηα  
ἔστι λαμπαρά· ἐν αὐτῇ δὲ μανία σα-  
φῆς, καὶ κλονὸς ἀχετος· μετὰ δ' αὖ-  
τήν, μανίας μᾶλλον ἀπαλλαγῆ, ἢ  
ἡδονῆς ἀπολαύσις· ὁ μὲν γὰρ πληρώ-  
σας τὴν ἔπιθυμίαν, καὶ τὴν ἡδονῆν ἐσ-  
βασεν· ὁ δ' ἐν αὐτῇ ὄν, ὅσα ἔστιν ἐν ἑ-  
προσιῶν, ἀλλ' ἐν κλονῶ, καὶ οἴστω πα-  
ραχῆ· εἰ τοίνυν ταῦθ' ἔταος ἔχει, ἔχει  
δὲ ὡς γε ἑμαυτὸν πείθει, καὶ εὐκολώτε-  
ρα, καὶ ἡδίων, καὶ τῇ φύσει μᾶλλον ἀρ-  
μύθησας ἀναμφιβόλως ἀπεμφάθη ἢ  
ἀρετῆ, ἀσπίξ καὶ εὐθύμας ἀπειχό-  
μεθα ταύτης, τῆς καὶ ταῦθα καὶ καὶ  
ἀποβλέπεις ποιέσης τοὺς ἔργατάς.

Ἡρακλείδῃ ἑπισκόπῳ. σμα.

Παρεὶ χριστιανοῖς μόνοις, τοῖς γε ὡς  
ἀληθῶς τῆς παρορησίας ἀξίοις· μὴ  
γάρ τις ἀπὸ τῆς τῆς πολλῶν σχημά-  
τητος κρινέτω τὴν θρησκείαν· συνά-  
πτεται πὰ πλείστον ἀλλήλων διεσῶται·  
ἢ γὰρ μεγαλοφροσύνη, πάσης αἰθα-  
δέας καθαρεύουσα, καὶ ἐν χολαίῳ τῶ  
ἦθει τὸ ἀγχινοῦ σάξισσα, ἔπιτεκία  
κρινᾶται, ὑπορηφάνιας γὰρ οὐδ' ἐπα-  
γροδῆν, ἀλλὰ πρὸς ἔπιτεκίαν κεκρα-  
μένη, ὅσα παράδοξον εἶπειν, ἐκκλίνει  
τὴν ἀπεινότητά· τῶ μὴ μὴ ἐπαίρεσθαι  
ἔφ'

χρ' τῆς πέλαι μετρίοφρονα. τῶ δὲ μὴ κορυπίει τοῖς φόβοις ἢ τοῖς κινδύνοις. ἀλλὰ ἢ κατακρούσῃς καὶ δουλοπραΐας ἀνωτέρας εἶναι, τίς μεγαλοψυχία ἔστι δεικνυμένη. ὃ γὰρ τὸν δουλοπρεπῆ καὶ κόλακα, μετρίοφρονα ἀείζεται, οὐδὲ τὸν αὐθάδη καὶ ἀλαζόνα, μεγαλόφρονα. ἀλλ' ἑκατέρων τὰ ἀγαθὰ θηρώσα, τὰ δυσχερῆ σικκίει, ἵνα τὰς ἀγχιθύρας τῆς ἀρετῆς κακίας φυγῶσα, αὐτὴν καθαρώς ἀναδύσται τίω ἀρετῆ.

Τῶ αὐτῷ σμγ.

Ἐπὶ τὸν χρ' τῆς παθῶν τῆς σαρκὸς ἱερόν χρ' ἑσθῆσαι πόλεμον, ὃχ' εἰατοῖς θαρροῦτας, ἀλλὰ τῇ θεῶν συμμάχῃ ἔπιτέποντας τὸ νικᾶν. εἰ γὰρ καὶ ἔπος ὀρμησομένη, πᾶσαι μὲν ὡδυσσεύην καὶ παρὰ τὰ ξινικά πό' ε' καὶ ἀχρηστίας κινουῦτες τῇ δ' ἀνοθεῖ ροπήν θαρροῦτες ῥαδίως ἀειεσομένα, καὶ λαμσὰ κατ' αὐτῆς ἑσθῆσαι τὰ πρῶτα, ταῖς κατὰ μέρος νίχης, τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας σιωπῶζοντας.

Ἀπολλωνίῳ Διακόνῳ. σμδ.

Δύο γενικῶν κακῶν ἔσονται, τῆς τοῦ νοσίου, τῆς τοῦ δρωίου. ἡ μὲν ἀφ' ἑργῶν, παλαιὰ δὲ τῶ νόμου σκολάδι. ἡ δὲ τοῦ νοσίου, ἀφ' ἑὺαγγελίου ἀνεσάλῃ, ὃ τὸ ἔργον μετὰ τίω πρᾶξι πμω: ἔμνη, ἀλλ' ὅπως ἀμὲν ἀρχὴν λάβοι τὸ κακὸν πρῶτον, θεμῶν. τότε μὲν γὰρ τῇ χειρὶ, κῶ δὲ τῇ ψυχῇ ἐνομοθετήθη.

Ἀμμονίῳ. σμε.

Ὡσπερ οἱ ματρία ἀνκί' σφ' ληφθέν-

affectum deuitat: haec tenus videlicet modestiam praestans, quod aduersus proximos minime se efferat: ac rursus eatenus magnitudinis animi specimen edens, quod nec terroribus, nec periculis succumbat, atque etiam adulatione ac seruili demissione superiorem se praebet. Non enim seruilis animi hominem & adulatoreum modestum esse statuit, nec rursus contumacem & arroganteum, magnanimum: verum vtriusque bona aucupans, vitia deuitat: quod nimirum vitia virtutibus propinqua fugiens, ipsam virtutem pure ac sincere adipiscatur.

Eidem. 243.

Ad sacrum bellum cum carnis vitiis gerendum nos conferamus oportet: sic tamen, vt non in nobis ipsi fiduciam collocemus, verum diuino subsidio victoriam permittamus. Si enim ad hunc modum progrediamur, vt omnem quidem apparatus, & praelium, & labores ac vigilias suscipiamus, in diuina autem ope atque auxilio fiduciam nostram positam habeamus, victoriam facile consequemur, ac praecleara aduersus ea trophaea erigemus, vna cum iis victoriis, quas paulatim ac serie quadam obtinebimus, bonas quoque spes adaugetes.

Apollonio Diacono. 244.

Cum duo summa vitiorum genera sint, alterum quod animo & cogitatione concipitur, alterum quod opere perpetratur: hoc quod opere perpetratur olim per legem interdictum ac vindicatum est, illud autem quod in cogitatione positum est, per Euangelium repressum atque coercitum. Euangelium quippe non opus, post flagitium editum, punit: verum id prouidet, vt ne ortum quidem omnino vitium capiat. Tum enim manui, nunc autem animae lex lata est.

Ammonio. 245.

Quemadmodum qui incurabili furore Ec